

Band XI., Nr. N5709, Seite 557-559

Bischof Berthold von Würzburg inkorporiert dem Kloster Comburg die Kirche in Steinbach mit ihrem Filial Hall und die Kirche in Künzelsau.

Ohne Ortsangabe, 1287. Mai 11.

Bertholdus dei gratia Herbipolensis ecclesie episcopus honorabilibus viris . . . abbati et conventui monasterii in Kamberg ordinis sancti Benedicti nostre dyocesis salutem et sinceram in domino karitatem. Cum plantare sacram religionem et plantatam fovere nec non promovere ea que ad divini cultus decorem spectant ex officii nostri debito teneamur, nos provide considerantes, quod redditus et proventus vestri propter diversa guerrarum discrimina et pacem terre communem hactenus perturbatam sunt plurimum diminuti, propter quod regularibus disciplinis et divinorum obsequiis ut consuevistis intendere non potestis, ex sincero cordis affectu subsidium vobis postulantes prout presentis status temporis patitur decrevimus inpendendum. Ob reverentiam itaque omnipotentis dei et beate Marie virginis gloriose et beati Nycolay confessoris, in cuius honore vestrum monasterium dinoscitur esse fundatum, et ut in monasterio vestro predicto regularis disciplina magis vigeat ac per vos divinorum obsequia liberius valeant exerceri et ut in anniversario nostro post obitum nostrum cum vigiliis et missa animarum nostri memoriam habeatis, parrochialem ecclesiam in Steinwach cum eius filia ecclesia in Halle ac capellis ipsius nec non parrochialem ecclesiam Künzelsauwe cum filiabus et capellis eidem annexis omnibusque iuribus libertatibus et pertinentiis suis, quarum iura patronatus ad vos et vestrum monasterium ab antiquo pertinere dinoscuntur, vobis et monasterio vestro predicto de voluntate favore et consensu capituli nostri pleno iure proprietatis et possessionis donamus et concedimus in vos et monasterium vestrum prefatum easdem parrochiales ecclesias de consensu et voluntate capituli nostri predicti cum filiabus et capellis suis omnibusque iuribus libertatibus et pertinentiis ipsarum et pleno rerum dominio transferentes, fructibus nichilominus et proventibus predictarum ecclesiarum in usus vestros et monasterii vestri fideliter convertendis, ita tamen quod prefate parrochiales ecclesie a monasterio vestro prefato nullatenus alienentur aut in alias personas seculares vel religiosas aut quecumque alia loca religiosorum vel secularium quocumque alienationis titulo transferantur, alioquin presens nostra donatio sit irrita ipso facto ac nullum robur obtineat firmitatis, quodque cura animarum in eisdem ecclesiis minime negligatur et quod eadem ecclesie perpetuos habeant vicarios, quibus tantum de ipsarum proventibus relinquatur, quod possint hospitalitatem tenere ac episcopo et

II

archidyacono loci qui pro tempore fuerint de suis valeant iuribus respondere. Ut autem hec nostra donatio cum consensu capituli nostri prefati facta omnibus patefiat et robur obtineat firmitatis nec ulla super ea inposterum questio vel dubietatis scrupulus oriatur, presentem paginam exinde conscribi iussimus et sigillorum nostri et capituli nostri supradicti appensionibus fecimus communiri.

 Actum V. idus Maii, pontificatus nostri anno XIII., anno vero domini MCCLXXX septimo, presentibus Manegoldo de Nuenburg¹ preposito, Alberto decano, Symone de Slitese² cantore, Friderico de Hohenburg portenario, Arnolde de Spiezsheim³ custode, Wernhero de Tannenberg, Heinrico de Wechmar, Ludewico de Hohenberg, magistro Gregorio et Alberto de Leuwenstein archidyaconis, Rudolfo de Hurnheim scolastico, Godeboldo de Walhusen et Hermanno de Liebesperg canonicis Herbipolensibus, item Rudegero priore in Kamberg, Ruggero custode, Cunrado camerario, Sifrido cantore, Heinrico sacerdote, Johanne cellerario, Rudegero de Braggenwanch, Volknando de Rote, Berngero de Heigeniberg, Walkūno, Sefrido dicto Bokenvelt, Walthero dicto Sieder monachis de Kamberg et aliis quam pluribus adhibitis testibus fide dignis.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An roten, grünen und gelblichen Seidenfäden zwei Siegel, wie an der Urkunde Nr. 3634 (WUB, Bd. IX, S. 136).

¹*Nuenburg*, unermittelt.

²*Slitese*, unermittelt.

³Ober- bzw. Unterspiesheim, Kolitzheim, SW.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 375 S U 742

Überlieferung und Textkritik:

Original. War im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 28, S. 36a. Vidimus von 1395 Oktober 14: StA Ludwigsburg B 375 S U 743. War im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 28, S. 99b (im Transsumpt von 1395 Oktober 14). Abschriften: StA Ludwigsburg B 375 S Bü 128, Abschriftenheft S. 2a und 3b. Vidimus von 1323 Januar 31: StA Ludwigsburg B 375 S U 450. War im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 28, S. 34b.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Brackwang Wohnplatz (4553)
 Brackwang, Heuchlingen, AA
 Comburg Wohnplatz (3320)
 Comburg, Schwäbisch Hall, SHA
 Homburg am Main, Triefenstein, MSP
 Homburg, Gössenheim, MSP
 Hürnheim, Ederheim-Hürnheim, DON
 Künzelsau Wohnplatz (2446)
 Künzelsau, KÜN
 Lisberg, BA
 Löwenstein Wohnplatz (2065)
 Löwenstein, HN
 Nuenburg
 Oberrot Wohnplatz (3155)
 Oberrot, SHA
 Oberspiesheim, Kolitzheim, SW
 Schlitz, VB
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Steinbach Wohnplatz (3368)
 Steinbach, Schwäbisch Hall, SHA
 Tannenberg, Seeheim-Jugenheim, DA
 Unterheimbach : Bretzfeld KÜN
 Unterheimbach Wohnplatz (2361)
 Unterspiesheim, Kolitzheim, SW
 Wallhausen Wohnplatz (3477)
 Wallhausen, SHA
 Wechmar, Günthersleben-Wechmar, GTH
 Würzburg, WÜ